



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

IX. Capitula monachorum ad Augiam directorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

querendum putat quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationale nec illo modo legis capax, intellegat inde pecora iusta interfici, quia tali flagitio contaminata indignam replicant facti memoriam, neque humano uiui sunt digna ubi abominatio claret maxima. Sacri autem canones de eis qui fornicanter irrationabiliter, id est, commiscuntur pecoribus, aut cum masculis polluntur, ita præcipiunt, ut quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in penitentia communionem mereantur orationum; deinde quinquennio in hac communione perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. discutatur autem & vita eorum, qualis tempore penitentia exiterit. & ita misericordiam consequantur. Quod si inexpediter hæfere crimibus, ad agendum penitentiam prolixius tempus infundat. Quotquot autem peracta xx. annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, xxv. annis penitentiam gerentes, in communionem suscipiant orationum; in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipient. Quod si quies & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vite communionis gratiam consequantur.

IV. De virilis quoque qui à vaccis illis pollutis nati sunt nescio quid oblitus eorum usus hominibus deferviat. Sed si scrupulm est alium utrum eorum lac aut carnes comedи possint, & propter pollutionem matris eorum scandalum aliquod oritur, simul cum matre occiduntur, vel pagani vendantur, ne turpitudinis priscae memoria scandalum fiat. Dicit enim Apostolus: Si eisca scandalizat fratrem meum, non manducabo in æternum. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Noli propter eisca defruere opus Dei. Omnia mundi sunt. Sed malum est homini qui per offensionem manducat.

V. Quod autem novissimè interrogasti de illo qui avunculum suum nolens sive volens interficit, quid pati debeat, jam superius de homicidio satis dictum est juxta id quod facti canones continent. Sed manifestum est quod patricidij crimen majori subicitur vindictæ. Vnde sancti patres sanxerunt quod patricidae deponentes militiae cingulum, omni tempore vita sua in penitentia persistant, sive in monasterio Deo serviant.

Hæc ergo omnia secundum id quod in scripturis facis vel in canonibus patrum expressum invenimus conscripsimus. Tu autem, sanctissime, secundum id quod videoas uniuersique expedire, ita temperes judicium, discretionem in omnibus servans, quia discreto mater est omnium virtutum. Dedit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, qui bene certanti & gregem suum diligenter custodiendi æternum cum sanctis pastoribus in castelli regno datus est præmium.



INCIPIT EPISTOLA CVM XII. CAPI-  
TULIS QVORUNDAM FRATRVM  
AD AYVAM DIRECTIS.

D Omino Patri illi Abbatii humiles fratres Ex vet. cod.  
vestri ille & ille pacem optant continuam. S. Galli.  
Quia igitur, sanctissime pater, vestra auctoritas voluntas extitit ut huic summissa legationi  
nostra parvitas deservire, placuit & nobis ut,  
sic ipi injungere estis dignati, quicquid mo-  
ritu honestum in ordine regulari potest venerabilem  
illum Abbatem & erga eum fratres confi-  
tuti addiscere possemus, vestre pandere sanctitati.  
Ideo supplices rogamus ut non tantum  
verbis nostris, sed etiam veris mitis rebus & exemplis,  
qua apud eum & ejus fratres observari con-  
peximus, hinc adhibentes, noveritis nos non  
alia quam que ab ipsis opere completi vidimus,  
scripta vobis mitte voluisse. Duodecim igitur  
capitula ex his omnibus que vos maximè de per-  
necessariis commoneri facilius posse credidimus,  
facere & vestra beatitudini definite curavimus.  
Ita sicut ut quicquid eadem capitula continent,  
qualiter absque ullo obstaculo observandum vo-  
bis sit, diligissime attendatis, quamque ne-  
cessarium utiliter perpendatis; ne, dum regula-  
res monachii gentis nostra, ubi opus fuerit, regula-  
riter instruire debeantur, imparatores vos in-  
venient ad ea informanda quartus patrum aliquam  
hæc capitula que sequuntur continent.

I. Primo omnium secundum est quemadmodum ad opus divinum se invicem cum gravitate prævenire festinant, sicut dictum est. Reli-  
atis omnibus qualibet in manu tenentur, summa cum festinatione currunt, omnes videlicet. Nullus audet hanc constitutionem frangere,  
quamvis in decrepita sit senectute constitutus.

II. Secundo, ut nullus in oratorio nullum audet ad alium proferre sermonem. Sed mox in ingressi fuerint, prostrati orant. Et sic se in-  
clinant ad Abbatem, humiliiter inclinato capite  
stantes expectant diu signum sonuerit secundum,  
Expletâ oratione, omnes cum summo exulte-  
lento continent.

III. Tertio, ut sunt equidem cotidie sex per brevem deputati fratres facram offerentes oblationem, incipientes ab Abbatem omnes per ordinem, sicut & nos aliquando fecimus. Qui etiam pedes peregrinorum in unaquaque feria lavant. Illic eundo, & inde revertendo, cum psalmodia vadunt. Si quis autem hanc iustitionem trans-  
gressus fuerit, gravi subjacet vindictæ.

IV. Quarto, ut in dominicis diebus omnes pariter, secundum quo ingressi sunt ordinem mo-  
nasterium, sic accedant ad pacem, ad communio-  
nem, præter illos qui pro nimia senectute vel  
infirmitate inter illos stare non possunt, qui tam-  
en separatis communicant. Si quis vero hoc  
spirituali dono, id est, corporis & sanguinis Do-

Vile Co-  
sil. Mo-  
gust. as.  
13. c. 10.

mini nostri Iesu Christi, se privaverit, pater monasterij, qui præfens semper esse debet dum communicant, cur hoc illi evenerit scire debet omnino.

V. Quinto, ut nullus omnino fratum, dum lectioni fratres videntur, sit excusatus à lectione quin omnes ibidem sint praesentes unā pariter cum patre monasterij. Quibus legentibus, hora qua prævidenter Præpositus competere, five qui in vice ejus constitutus, id est, senior Decanus, pulsat signum tintinnabuli, ut ebdomadarij & ceteri servitores juxta præceptum regulæ accipiunt super constitutam annorum mixtum, ut non sit eis grave jejunium, dum ministrant, sustinere. Lector vero post sextam, ante quam cedat ad legendum, accipiat mixtum.

VI. Sexto, ut in oratorio, post signum sextaz, omnes in loco sibi deputato stantes, finita oratione, cum summa reverentia expectant dum signum Præpositus pulsaverit ad refectionem. Quo auditio, mox omnes undique pariter festinant occurtere, omnia carentes ut nullus defisi nisi quis pater occupatus in variis habet ministeriis. Et si quis ad illum versum qui ante cibum dicitur non præfens fuerit, similiter & qui post cibum, regulari substatutus disciplina.

VII. Septimo, ut in refectorio facta benedictione, veniant duo Presbyteri ad Abbatem frangentes panem. Et dant ipsi eulogium ceteris fratribus stantes antequam accedant ad mensam. Quibus sedentibus, summum est ibi, sicut in sancta continetur regula, silentium. Ministrari autem omnimodo carent ut nihil defisi comedentibus & bibentibus. Et sicut patris ministratur monasterij, nisi hospites sint, ita omnibus æquilater, ut, verbi gratia, minimus sicut maximo, seniori sicut juniori, nulli amplius, & nulli minus; exceptis pauperibus, quibus non eadem quantitas; sed nulla discrecio ciborum servatur. Ut autem signum Cellararius ad potum pulsaverit benedicendum, statim octo vel decem surgunt juvenes absqueulla tarditate ad misericordium fratribus. Si quis autem de ipsis aliquid ibi deliquerit vel excescerit, aut sonitus aliquem fecerit, excepti his qui ad mensam sedent, prostrati ibi coram Priore tamidin jacent in terra usque dum Abbas, vel qui in loco ejus sedet, pulsaverit ut surgant. Similiter post refractionem sedentes per humilitatem satisfaciant.

VIII. Octavo, ut per totum tempus aestivum, dum fratres bis in die reficiunt, post horam orationis nonam flantes in oratorio cum divino tremore orantes expectant dum tintinnabulum signum Præpositus pulsaverit ad refectorium. Quo auditio, omnes illò convenienter. Quamvis etiam aliquis bibere non potuerit, sed tamen debet præsentare, ne locus ejus appareat vacuus. Et si quis præfens ad dicendum post benedictionem Amen non fuerit, substatutus ei portio sua de portu. Postquam autem biberint fratres, vadint ad capirulum, & quod eis injunctum fuerit laborant usque ad illud signum quod pulsare solent ante horam unam vespere. Quo auditio, disjungunt se ab opere, ut sint parati ad signum sequens quod est ad vespere. Illo auditio, mox ad Ecclesiam cum festinatione student occurrere;

Tom. II.

ibique oratione facta, sedentes legunt vel orant. Finita vespere, expectant ibidem, sicut & ad sextam fecerunt, dum signum sonaverit ad refectorium.

VIII. Nono, ut ad conlationem accessint, omnes unanimiter occurront debiles & infirmi, etiam si de lecto surgere valuerint, venient. Quid de ceteris dicendum est? Lector autem tandem legit usque dum omnes in unum positi complecant.

X. Decimo, ut in sabbato, quando munditas facere solent, pedes cum silentio lavant, ne detur occasio loquendi. Ibidem vero sedentes conlationem compler, & sic accedunt ad completorium.

XI. Undecimo, ut desuntorum vigilia hoc modo ab eis celebratur. Vespera solito finita, statim vesperam cum antiphonis celebrant pro defunctis, & post completorium vigiliam cum antiphonis vel responsoriis plenissime atque suavissime canunt, & post nocturnas intervallo matutinos pro mortuis faciunt. Facto autem primo mane, postquam se paraverint, Missam celebrant pro defunctis publicam. Omnes ibidem pariter facram offensionem oblationem pro peccatis mortuorum. Quia percelebrata, statim cantant primam, si fuerit tempus, aut omni tertiam.

XII. Duodecimo, quod omnes hospites supervenientes cum lectione divina suscipiunt. In cognitis tamen monachis ad lectionem omnis pariter concurreat congregatio, ut Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Qualiter vero ad coquinam sibi invicem serviant fratres vel in ceteris locis, & cetera quamplurima, viva voce Domino auxiliante notum vobis facere curavimus. Ita autem sopradieta interim bono certamine adimplere curate. Valeat alma paternitas vestra per multa temporum \* circula in Domino sine fine, \* curricula ut videatis Deum deorum in Sion Amen.

## X.

*Capitula monachorum Sangallenorum edita circa annum DCCCXVII. quibus prefixa est epistola Grimaldi & Taitonis ad Reginbertum magistrum scholæ, ut opinor, monasterij sancti Galli, qui obiit anno DCCCXLVI.*

Praestantissimo & ineffabili dilectione nominando Reginberto præceptorum Grimaltus Tattoque supremi auditorum vestrorum discipuli sempiternæ felicitatis salutem. Memoria dilectionis vestrae animis nostris sedulo inhærens immemores petitionum vestrarum promissionumque nostrarum esse non permittit. Et utinam tam proficienter quam spontaneè piani voluntatem vestram implere valuerissemus. Ecce vobis regulam beati Benedicti egregij doctoris, quam benivolus animus vester summo semper optaverat defidet, direxit, sensibus & syllabis nec non etiam litteris à sopradiecto patre, ni fallimur, ordinatis minimè carentem; que de illo transcripta est exemplare quod ex ipso exemplatulum est codice quem beatus pater sacris manibus suis

Ex ver. cod.  
S. Galli.

SSff ij